

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

I. 6. 274

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

URANIBURGUM
STRASBURGICUM,
sive Motuum Cœlestium

EPHEMERIS NOVA

Tychonico-Kepleriana,

Ad Æra vulgaris à N. C. Annum
M. DC. XXIX.

Ex TABULIS RUDOLPHINIS, juxta Nob.
TYCHONIS BRAHE observationes correct. & Cl.
JOH. KEPLERI hypotheses Physicas novas diligenter supputata,
& edita

Ad Illustrem ALSATIÆ Studiorum
Universitatem Academicam
STRASBURGUM.

Authore

JACOBO BARTSCHIO,
Phil. MAG. & P. C. Mathem. & Med. C.

Cum Præfatione duplici:
Ad Excell[mum] *Mathemat. Cæs.*
CL. Dn. JOH. KEPLERUM, &c. de instituti hujus atq; calculi ratione:
Ad LECTOREM, de motuum dispositione, novâ & utendi methodo.

LIPSIÆ, Excudebat GREGORIUS Ritzsch.
Sumptibus ZACHAR. SCHÜR. & MATTH. GÖTZ. *Bibliop. Anno 1629.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

ILLUSTRIS

IN ALMA LIBERAQ.

IMPERIALI

ARGENTINA

UNIVERSITATIS

ACADEMICÆ

COLLEGIO:

Hocce

URANIBURGUM

PLANETICUM

STRASBURGICO

MERIDIANO

SUPERSTRUCTUM:

SUBMISSE

CONSECRATUM

MITTIT, OFFERTQ.

AUTHOR

JAC. BARTSCH. LAUBAN.

MATHEMAT. ET MED. CULT.

VIRIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

VIRIS NOBILISSIMIS,

Strenuo, Amplißimis, Prudentißimis,

Dn. CANCELLARIO,
Dnn. SCHOLARCHIS,
Dnn. ASSESSORIBUS,

ex ordine Senatorio
ARGENTORATENSIUM
ACADEMIÆ
NUTRICIIS MUNIFICIS,
Dominis meis beneficis:

NEC-NON

VIRIS CLARISSIMIS,

Magnifico, Spectabilibus, Excellentißimis,
ejusdem ACADEMIÆ laudatißimæ

Dn. RECTORI,
Dnn. DECANIS,
Dnn. PROFESSORIBUS

Theologis, Jureconſultis,
Medicis, Philoſophis,

DOMINIS PRÆCEPTORIBUS
& Promotoribus meis ſemper
honorandis:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Salutem & Incolumitatem omnimodam
ab Astrorum, Cœlorumq;
Conditore, Motore, Conservatore
DEO TER MAX. TER OPT.

ANnus ferè jam agitur, VIRI DOMINI, quo ex mediâ Germaniâ nostrâ prodiit tamdiu desideratum TABULARUM RUDOLPHI Astronomicarum opus; Opus sanè, si quod aliud, cedro perdignum, & auro contra charum: sive primorum ejus Promotorum, puta, Divi Rom. Imp. RUDOLPHI II. à quo nuncupatæ, tùm FRIDERICI II. Dani, cujus subsidiis inceptæ sunt, Cæsareas ac Regias impensas, & in hac arte delitias; sive diuturnos & infinitos multorum labores, sumtusq;, mechanicos pariter ac librarios, præcipuè primi Authoris, Generosissimi Danorum, TYCHONIS BRAHE per XXXVIII. annos observationum vigilias, & diligentiam inæstimabilem; sive novas in eo inventiones, & computationum ad XXVI. annos protractam cum fœnore perfectionem, puta Germanorum Clarissimi Dn. JOH. KEPLERI, III. ordine Impp. Mathematici, hypotheses causarum Physicarum novas, & absolutam calculi jam perennis editionem; sive aliorum nostri temporis litterati Astronomorum desiderium & suffragium eximium; sive tandem, quæ res est ipsa, consummatam artis sideralis, ubiq; ruinam minantis, restitutionem, motuumq; cœlestium erroneorum instaurationem perfectam, penè dixerim ultimam, æquâ lance perpendat æquus harum rerum supra nos positarum æstimator.

Quibus utiq; & ego permotus rationum illecebris, pluribus abhinc annis, quibus Astronomica Medicis admixta tracto, veteris erronei calculi tædio, easdem Tabulas avidè semper exspectavi; & ex eo tempore, quo ab Autore ipso donatas accepi, pro tenuitate meâ tentavi, non tantùm novarum hypothesium Physicarum [illegible]tionem in ipsis Planetarum motibus addiscere, sed novum etiam calculi Logarithmici compendiosioris modum exercere: Unde factum, ut per proximum [illegible] semestre (quo Mars publicum patriæ statum militibus, privatum Saturnus Parentis obitu, non parùm perturbavit) relictis ad tempus aliis, novâ cœlestium speculatione animum recrearem, oculosq; supernis intentos ordinibus, à terrenis turbis subindè abducerem, Quo in negotio satis negotioso, his magis magisq; implicitus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

plicitus, illis ſenſim ſenſimq; extricatus, tentatum unum atq; alterum ex voto feliciter ceſſit, ita ut præter meam (meherculè) intentionem primam, primum fortè ex Rudolphinis editis editum fœtum rudem chartis exciperem; quem poſteà lambendo vividiorem factum, cur in publicum emittere, cur hac novâ formâ veſtitum videri voluerim, ſequens Præfatio duplex, fuſiùs clariusq; dicet.

Eum ſanè URANIBURGUM, metaphorico, modeſtè tamen intelligendo vocabulo, nominare placuit: quippe ut ex Uraniburgo, Aſtronomiæ ſede Tychonicâ, quam maximo apparatu in Inſulâ freti Sundici Huennâ hos ad uſus conſtruxit BRAHEUS, cœleſtium motuum obſervationes, exq; his Tabularum Rudolphinarum fundamenta deſumta ſunt: ita ex hoc Aſtro-pœcilo-pyrgio Kepleriano, ſive Ephemeride Tychonico-Keplerianâ, ſiderum ibi obſervatorum loca, certo tempori aſſignata, tanquam è cœlo, prævidere, eorumq; configurationes prædicere poteſt etiam minùs exercitatus in hoc ſtudiorum genere. Eundem verò STRASBURGICUM cognominare libuit, quod Meridiano veſtro quoad Aſpectuum tempora præcipuè ſuperſtructum iſtud URANIBURGUM, ex Tychonis & Kepleri (ut dixi) fundamentis exſtructum, ſub veſtro nomine, cum Artis hujus Cultoribus ſine oſtentatione ullâ communicatur.

Cauſas hujus mei & implorati & impetrati (ſpero) patrocinii, ſi non haberem alias, (habeo autem non unas) unicam iſtam inſtar omnium ſufficere non dubito, quòd cùm Mercurialis ille ſtudii, ſanè divini, genius, invaleſcente hoc Martiali turbatorum temporum ingenio cum reliquis ubiq; Muſis ferè exulet, ſedemque in Parnaſſo aliquo Academico reſiduam quærat: ego quoq; aliorum excitatus exemplo laudabili, laudabilem præ aliis deligere volui, debui ACADEMIAM, cui laborem huncce meum & cenſuris probandum, &, ſi meretur, contra zoilos in veſtrâ etiam Urbe (ſuſpicor) non defuturos, defendendum offerrem. Veſtram igitur celebratiſſimam, totoque orbe Germano ſtudiorum favore decantatam appello primùm, cui primum huncce meum, Tabularum Rudolphinarum editarum, fœtum ſemeſtralem alendum exhibeo. Veſtra enim eſt, STRASBURGUM, ACADEMIA, cujus Meridianum tempus Ephemeridis hujus reſpicit: Veſtra eſt, quæ per quinquennium ferè, præſentem beneficiis multis, imò honoribus Philoſophicis ornavit, jamque ultra triennium peregrè abſentis memoriam non depoſuit omnem: Veſtra deniq; eſt, in quâ plurimos plurimùm mihi & faviſſe ſcio, & beneficiſſe fateor, quod ſi ſubticerem, nec meritis gratiarum laudibus deprædicarem, ingrati hoſpitis notam ſi non fronti, ſaltem menti inurendam vix effugerem.

Ne enim taceam, quos fato conceſſiſſe animus dolet, primos nomino:

Nobiliſſ. Dn. Adamum ZORN, &c. Præt. & Cancell.

Ampliſſ. Dn. Petrum STORCK, Conſ. & Scholarcham.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Reverend. Dn. D. Tobiam SPECCERUM, Eccles. Præs.
Consultiss. Dn. D. Justum MEIERUM, Antecessor.
Nobiliss. Dn. D. Melchiorem SEBIZIUM, Archiat. Sen. vener.
Eloquentiss. Dn. Marcum FLORUM, Promotor. honorand.
Doctiss. Dn. Casparum BRULOVIUM, Poëtam, &c.

Vos verò, qui adhuc summâ cum laude Academiam regitis, docetis, ornatis; quos Musa incolumes olim reliquit, esse adhuc optat, semperq; optabit, inprimis nomino, deprædico:

Nobiliss. Ampliss. Prudentiss. Dn. SCHOLARCHAS,

Dn. Bernhardum à KAGENECK, Præt. & Cancellar.
Dn. Johannem HELLERUM, Reipubl. Cons.
Dn. Franciscum-Rudolphum INGOLT XIII. Virum, &c.

Reverend. Excellentiss. Dn. THEOLOGOS,

D. Thomam WEGELINUM, Eccles. Convent. Præsid.
D. Isaacum FROESEISENIUM,
D. Johannem SCHMIDT, Conterran. venerand.

Consultiss. Excellentiss. Dn. JURECONSULTOS,

D. Casparum BITSCHIUM, Antecessorem,
D. Joachimum CLUTENIUM,
D. Georg-Davidem LOCAMERUM, &c.

Experientiss. Excellentiss. Dn. MEDICOS,

D. Johan-Rudolphum SALTZMANNUM, Thom. Dec. & Archiat.
D. Melchiorem M. F. SEBIZIUM Poliatrum,
D. Danielem RIXINGERUM, Thom. Præp. & P. Metaph.

Acutiss. Clarissimos Dn. PHILOSOPHOS,

Dn. Laurentium Thomam WALLISERUM P. Ethic.
Dn. Matthiam BERNEGGERUM, Histor. & P. Oratorem,
Dn. Isaacum MALLEOLUM, P. Mathematicum,
Dn. Nicolaum AGERIUM, P. Physicum,
Dn. Nicolaum FERBERUM, P. Græc. &c. reliquis minimè postpositis, quos virtus & doctrina sua in defunctorum locum, me absente & inscio, interim substituit evexitque.

Nec tamen omninò sicco (quod ajunt) pede præterire possum, ex reliquâ ibi civitate, Fautores meos magnos, Magnif. & Consultiss. Dn. D. Johan-Fridericum SCHMID JCtum, &c. Syndicum Urbis eminentiss. Rev. Dn. Wolffgangum SCHALLERUM, Templi summi Pastorem, & olim Academiæ Visitatorem, Hospitem colendum: Dn. D. Isaacum HABRECHTUM, Med. & Astronomum. Clariss. Dn.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

riſs. Dn. D. Benedictum MALLEOLUM, Fratris inſtar colend. Dn. Reinhardum WIDT, Mechanicarum non minùs atq; harum artium ſtudioſiſs. Dn. M. Paulum GNILIUM Sileſ. & Dn. M. Eberhardum WELPERUM, Scholæ Collegas, &c.

Rectè igitur (ut concludam) concludo feciſſe me, quòd in debitæ gratitudinis & obſervantiæ teſtimonium, haſce pagellas motuum cœleſtium Aſtronomicas, coram Academicis tribunalibus ſiſto, ita tamen, ut ARGENTORATENSIUM Univerſitatis nomen habeant præſcriptum. Agite nunc, VIRI DOMINI, ACADEMIÆ PROCERES, Fautores & Benefactores mei, hoc quicquid eſt EPHEMERIDIS novæ, ſummo ſtudio, ſummoq; labore ex novis Tabulis Rudolphinis ſupputatæ, in proximè futurum Annum, quem veſtræ & Urbi liberæ, & Academiæ feliciſſimum cœlitùs illuceſcere animitùs precor: Agite (inquam) hocce Uraniburgum Planeticum, Strasburgo ſacrum, ſereno vultu aſpicite; benignâ manu accipite; favoris & benevolentiæ veſtræ fulcris ſuſtentate, erigite, decorate: Matheſin promovere, & Autori (quod facitis) favere non deſiſtite. Datum in ſuperioris Luſatiæ VI. Civitatum LAUBA. Kalend. VIIbr. Anni decurrentis 1628.

Ad Excel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Ad Excellentiß. Mathemat. Cæſ. Clar Virum

Dn. JOHANNEM KEPLERUM, &c.

Præceptoris inſtar ve[illegible]randum.

Quod ego ſæpè doleo, Vir Præclariſſime, Fautor obſervande, mirari te ſæpiùs ſuſpicor; non tàm quòd ante annum ferè, vicinorum locorum conjunctio, coràm colloquendi occaſionem denegabat, quàm quòd per annum jam diſſitorum longiùs incognita abſentia, literarum etiam colloquium prorſus ſuſtulit. Ut tamen hoc brevi compenſatum iri credo, ita illud Ulmæ ante triennium mihi obtigiſſe gaudeo. Quippe tunc temporis Italiæ Patavium petituro, in tranſitu paucæ quidem, ſed grata tecum loqui concedebatur; ante annum verò reducem me Auguſta Vindelicorum, ut nôſti, Uranographiæ Chriſtianæ Schilleriana poſthuma perficiendæ propoſitum, Tychonici Tabularum Rudolphinarum operis impreſſio tenuit occupatum; donec finitus eodem tempore amborum operis, tuus Francofurtum verſus, meus in patriam improviſus abitus, omnem hactenus ſive literis, ſive coràm de rebus Aſtronomicis colloquendi occaſionem intercepit. Licet enim ex eo tempore, bis Pragam, ſemel Ulmam, hinc literas ad Te pertinentes miſi, aliasq; inquirendi paſſim occaſiones non neglexi: Pragâ tamen alteræ abſentiæ, altera diſceßus tui nunciæ redierunt ad manus meas, Ulma nihil; nec, ubi locorum degeres, antea reſcivi, quàm ſuperioribus diebus, Excellentiſſimus Lipſenſium Prof. Mathematicus, Dn. Licent. Philip. Müllerus, Præceptor meus nunquam ſatis honorandus, certior hac de re factus me monuit, Uraniæ tuæ gratias Sileſiam noſtram poſthac inhabitaturas & illuſtraturas eſſe. Quâ de re Tibi gratulor, mihi gaudeo, utriq; ſimul optima quæq; apprecatus: Interim, ſi fortaſſis hoc, quicquid eſt, Laboris mei, tuum nomen præferentis, prius ad manus venerit, quàm epiſtolium meum; ſcias, non tàm præmiſſum eſſe, ut de me, meoq; ſtatu, quàm ut de hujus mei laboris & inſtituti ratione tibi conſtaret.

Quod igitur primò Ephemeridis hujus & ſuppurandæ anſam, & edendæ cauſam ſpectat, ut hoc præmittam, olim (ſi rectè memini) Ulmam inter alia aut ſcripſi, aut ſcribere volui, me præter alia uſibus practicis apprimè accommodanda opuſcula Aſtronomica, meditari inſuper, jamq; tentatis variis adornare, Planetarum non Theorias ſpeculabiles, à Peurbachio, Mæſtlino, aliis, adq; Te ipſo fuſiùs & clariùs explicatas; ſed eorundem Sphæras (ut ita dicam) Practicas, in quibus (ſive Secundorum Mobilium Directorio, ſive Sphæricis Secundorum Motuum Organis, ſive Organicis Planetarum Æquatoriis, ſive convenientiori nomine alio aliquando inſignendis) affectiones Planetarum propriæ, ſive proprii Secundorum Mobilium motus ocularitèr demonſtrari, & mechanicè licet ruditer, cœlo tamen in gradibus convenienter, juxta hypotheſes Aſtronomicas doceri queant: non minùs ac in vulgaribus Sphæris Globiſve, affectiones ſiderum communes, ratione primi (quodcunq; illud ſit) mobilis eis competentes vulgò demonſtrari, & oculis etiam illiteratorum exponi poſſunt. Quemadmodum enim certò expertusq; ſcio, plures etiam primi & quotidiè oculos incurrentis cœlorum motûs curam aut neglecturos, aut non intellecturos, niſi per Sphæræ armillas aut Globi circulos Sphæricos motumq; ocularitèr doceri & ceu manuduci poſſent: ſic contrà plures etiam majori ſtudio contemplaturos credo, ſecundorum mobilium motus, minùs quidem obſervabiles, at certè magis delectabiles, & primi Motoris ſapientiam teſtantes mirabilem, ſi eodem modo demonſtrarentur φιλομαθῶς & ad oculum: ſi (inquam) non per numeros tantùm vel ſchemata, nullam motûs variationem, niſi pluries refingantur, exhibentia; ſed per organa etiam ſphærica, (tàm ſecundùm veteres Ptolomæi & vulgares Eccentricorum, Epicyclorum, Æquantium, &c. quàm juxta novas Tychonis Homocentrepicyclorum, aut tuas,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

aut tuas, quoad ejus fieri potest, causarum Physicarum Hypotheses,) oculis minùs exercitatorum in hac arte subjicerentur Planetarum singulorum tùm motus medii Longitudinis, Apogei vel Aphelii & Eccentrici, horumq; lineæ ac æquationes, puta Eccentricæ, coæquata seu Epicyclica, orbisq; prosthaphæreses dictæ; tùm vera longitudo & latitudo cum nodis; tùm deniq; mirè apparentes Stationum, Regressionum, Directionum, motusq; modò celerioris, modò tardioris phantasiæ, & qui in Systemate motuum Tychonico inprimis admirationè dignus est, Planetarum reliquorum Solem medium, ducis instar aut choragi, certis & conjunctionum & oppositionum terminis, semper centri, loco respicientium ordo constantissimus & pulcherrimus.

Quibus ita præmissis, ad hoc sanè institutum meum, ut suprà laudati Dn. L. Mülleri meditationes publicè nuper propositas, tanquam eò collimantes; ita & præter tuam Astronomiæ Copernicanæ Epitomen, Tabulas Tychonis Rudolphinas adjumenti multum suppeditare non diffiteor. Licet enim easdem, ut dudum expetitas, ita tunc ex prelo adhuc calentes, & licet præter meritum meum, non tamen ingrato dono missas Augustam, magno quidem gaudio pellustravi obiter; quòd tamen dignè ad petitum tuum neq; pellegere singula, neq; ad quæsita respondere potui, utriusq; improvisus ut ab initio attigi, & tuus Francofurtum, meus Lipsiam propter comites ad nundinas discessus, impedit. Ubi postmodùm eas sæpiùs laudato Dn. Müllero, nondum visas aut illùc allatas, & proin tanto majore gaudio exceptas, reliqui ad tempus, siquidem primis statim diebus apud Parentes, per octennium non visos, calculum tentari diffidebam: quem tamen pòst etiam, receptis sub anni hujus initium Tabulis, inopinatus, tristiq; Parentis unicè dilecti obitus non mediocriter suspendit.

Ante hoc autem semestre, aut quod excurrit, animum cum Tabulis resumens, partim novarum tuarum & physicarum hypothesium percipiendarum, partim novi & Logarithmici calculi exercendi cupidus (neglecto etiam Martis patriam turbantis insano strepitu,) cepi labore multo conquirere, & ad certos aliquot hujus currentis, & sequentis 1629. anni mensium dies, juxta Tabularum præcepta, supputare, Planetarum quinq; maximè nunc aberrantium tùm medios motus longitudinis, Aphelii & Nodi; tùm Anomalias medias, Eccentricas & coæquatas; tùm ad cognomines, orbisq; annui æquationes, ipsa loca vera in longum & latum: At in Lunâ difficiles calculi prolixioris spinas, duplices nempe hypotheses, easq; nonnihil differentes, in variationis præcipuè negotio, cùm viderem, cumq; insuper utriusq; calculi differentiam, qualis & quanta ubiq; sit, in aliquot periodorum diebus singulis vericlitarer, factum, ut plus quàm dimidius annus, singula seorsim inquirenti, effluëret.

Quibus ita peractis, cùm hac de re certiorem faciendi te occasio nulla suppeteret, ignaro in hoc regionum angulo, ubi degeres terrarum: tandem ecce! Vix à bimestri, dum superatis pleriq; difficultatibus, magis magisq; sub manibus calculus succedit, constituo reliqua ad integrandam Ephemerin adjicere, eamq; Bibliopolæ alicujus sumtibus edendam dare, ut si citiùs alias nullas, saltem hasce præfatorias publicas ad Te deferrem quamprimùm, quas etiam propterea fusiùs hìc explicare non dubitavi. Quemadmodum verò aliàs ante annum, opellam meam exiguam, promtam, lubens meritoq; obtuli: ita nunc certò persvasum habeas, velim, me hujus anni Ephemerin usibus meis privatis primò supputatam ita offerre publicis, ut interim tuas luculentiores & digniores nullatenus vel impeditas, vel turbatas, sed multò magis (quod hoc publico testimonio liquidò confirmo,) pro tenuitate meâ, quantum videlicet è re tuâ, meaq; fuerit, adjutas velim: imò magu hanc edi debuisse, ut & tibi de meo qualicunq; labore promto, & aliis astrorum peritis de tuo calculo Lunari, & Tychonico nunquam in tuis anteà conjunctim expresso, constaret. Accedunt editionis alia privatæ causæ, quas cùm aliquando coràm (siquidem nos Deus incolumes in Silesia brevi conjunxerit) expositurus sim melius, nunc omitto, & de reliquis reliqua præmoneo.

Primò quod ipsius calculi rationem attinet, de eo nonnulla præfanda duxi, ut si aliqua occurrat differentia, rectiùs, unde oriatur, dignosci queat. Aliàs sphalma Typographi nullum, in numeris vel omissis vel transpositis residuum, mea inter excudendum absentia vix admittet; calculi verò errorem nullum ullibi commissum insignem, quemadmodum differentiarum ubiq; justarum collatio promittit: ita si quis fuerit, eum tùm excusabit meritò numerorum toties ad nauseam ferè, à me solo iteranda scriptio descriptioq;, tùm emendabit facilè præcedentium

alq; se

atq; sequentium motuum inspectio collatioq;. In Aspectuum tempore si alicubi erratum, (quod facilius factum suspicor,) motuum eadem illa collatio dextra corriget ac prodet.

In genere autem calculum, ubicunq; opus, Logarithmicum, eumq; scrupulosum adhibui, juxta Tabularum præcepta: motusq; Planetarum non gradibus tantùm & minutis notavi primis, verùm etiam secundis, his tamen non singulis, (præterquam in Sole) sed senis semper, seu minuti decimis partibus, sex secunda constituentibus: (ad eundem modum, quo per Assis partes difficulter memorandas Angulum Orientis, sive Altitudinem Nonagesimi in Tabulis describis:) Neutrum novitatis, sed utilitatis studio. Licet enim ad secunda semper descendere curiositatis potiùs, quàm necessitatis esse videtur, (siquidem cœlo vix minutissima calculi respondent, utinam minuta semper) tamen hoc quoq; cùm negligentiam, tùm incertitudinem quandoq; arguit & parit, si secunda semper omittantur, præsertim in quibus alia atq; alia ex his subindè deducenda sunt, & instar annulorum in catena suspendenda: nam hic uno, ibi rursum altero dimidio neglecto, tandem unum atq; alterum minutum integrum alicubi redundare, alicubi deficere potest, & desiderari, nisi fortuita compensatio fiat. Quapropter mediam quasi viam incedens ego, ad majorem calculi à Te correcti atq; restituti certitudinem probandam, & ad exactiorem differentiarum diurnarum subindè crescentium ac decrescentium seriem obtinendam, secunda, licet singula diligenter (quantum ratio Tabularum tertia negligentium permittit) supputata, tamen sena tantùm (seu minuti decimas, & secunda valentes,) per ultimum ubiq; numerum describere malui: ne vel omnimoda secundorum neglectio errorem primorum alicubi pareret, (in motu scilicet diurno, & pendente hinc proportionali parte addenda vel subtrahenda, inq; Aspectuum tempore potissimùm, horarum minuta determinando;) vel omnimoda & expressa singulorum annotatio, minùs necessaria, minùs etiam certa, typos, ob chartæ angustiam, arctaret & confunderet. Exemplis illud demonstrari posset, nisi supervacuum videretur.

In specie circa singulos Planetas, Tabularum præcepta unicè observavi: in Lunâ verò, cùm modi aliquot apponantur, quem ego præ reliquis in duplici ejus calculo semper observârim, ut significem, operæ pretium videtur. Locum fictum seu primò æquatum Anomalia coæquata, ut alias, produxit. Æquationis partem competentem, Argumenti annui menstruiq; Log-& Antilog-arithmorum, cum scrupulis secundis ex canone ipso sumtorum mistorumq; pars respondens ex Heptacostiade dupla dimidiaq; fecit, quæ postea per Particulam Exsortem ex propriâ tabellâ fermentata, & per Anomaliæ intercolumnium multiplicata, ad angulum reducta fuit. Variatio utraq; ex Tabellâ propriâ depromta: sicq; Æquatio luminis composita ex singulis seorsim factis absoluta, quæ duplex, juxta utriusq; hypothesis, Lunam in orbitâ suâ Eccentricam, postea q; juxta generalem modum reductam, in Ecliptica veram dedit. Latitudo etiam simplex, juxta utramq; Nodi prosthaphæresin ex propriâ Tabellâ inquisitam, & partem ejus quintam per augmentat. anguli soluti multiplicatam, & latitudinem Lunæ veram producit.

Quod autem calculum Lunarem duplicem, duplici etiam labore, ad singulos dies supputare, supputatum hic inserere non subterfugi, causa est; illius quidem, quòd duplex unius hypotheseos fundamentum, puta, variationis motûs atq; Nodi prosthaphæreseos, Tabulis quoq; inseratur: hujus verò, quòd cùm ita duplicem & circa octantes singulos maximè differentem calculum variet variatio, partim exercitii ergò, partim utriq; gratiam debitam habendi studio, vel alterum omittere, vel utrumq; miscere nefas duxerim: præsertim cùm neutrum planè careat utilitate. Sic enim fortasse alii, instrumentis idoneis instructi, & minùs tamen ad prolixas supputationes otiosi, etiam sine ulteriori molestiâ vel calculo, alterutrius fidem & cum cœlo congruentiam explorare poterunt; ubi certiores hic facti sunt, quibus diebus maxima inter utrumq; calculum sit differentia, tàm in loco ipso longitud. & latitud. ad meridiem posito, quàm motu utriusq; diurno. Fit enim, ut sæpè differentia sit nulla vel exigua, præcipuè circa quadraturas, oppositiones & conjunctiones: sæpè maxima, præcipue circa quadrantes medios seu octantes, ut ex Aspectuum Lunarium temporibus patet: unde coincidens utriusque calculi convenientia, omnem, & observationem, & operationem reliquam ex Tabulis exactè ad observationis tempus institutam frustraretur.

Nodi Lu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Nodi Lunaris locum triplicem, *unius quidem Æquabilis æqualem, reliqui verò duplicis veri inæqualem retrocessum, quòd porrò ex Tabulis supputatum asperserim, fecit partim pagiuæ ex istâ parte permittens spatium, partim ut differentia veri Tychonici Tuiq; ab Æquabilis, necessariò propter Astrologos, ad finem positi, loco pateret, ex diversâ istius prosthapharesi oriens: Per verum autem Nodi locum, tecum ex Ephemer. Introduct. pag. 8. intelligo eum, in quo Lunæ centrum, spectanti velut ex terræ centro, sub Eclipticam venit, cujus etiam supputationem ibi tanquam minùs necessariam omisisse Te scribis: nec tamen Braheanam libratilem ab Origano ad plures annos supputatam rejicis.*

Calculi *insuper totius, hujusq; partium præcipuarum* exemplar *ad Ephemeridis initium extare volui, pro primo Anni hujus tàm veteris Juliani, quàm novi Gregoriani meridie, eoq; æquali Uraniburgico, ad alia loca data ex Catal. Locorum reducendo. Hunc enim in supputandis motibus tecum observare volui, debui: licet quoad Aspectuum tempus itidem æquale, & Argentinensium Meridiano certas ob causas accommodatum, semper 17. minuta horæ addenda veniant.*

Aspectus *quod attinet, tùm Planetarum inter se & cum Sole, tùm hujus cum Lunâ, non veteres tantùm, sed novos etiam tuos præcipuos adhibere placuit, ut in dependente tempestatum judicio, quid possint, quid valeant, tuo exemplo & consilio probet judiciosus Meteorologus. Lunares reliquos cum Planetis (exceptâ synodo juxta utrumq; calculum) utpotè nimis multos, minùs efficaces omisi, propter folii angustiam, inprimis cùm ex Origano (parvâ intercedente differentiâ) vel ex his etiam non difficulter colligantur.*

Quod superest, Eclipsium *hujus annitrium examen consultò jam omisi: quippe nec nobis apparebit ulla, & singulæ juxta Tychonem ab Origano, quantum hîc opus, descriptæ. Equidem ut harum, ita reliquorum motuum omnium descriptionem exactiorem artifici & Magistro Tibi meritò relinquo.*

Et hæc sunt, quæ ad Te, Tychonem alterum, de præsenti meo & statu & instituto, in omnem eventum præfari placuit, plura brevi (spero) vel literis vel coràm de hu & aliis collocuturo. Interim hæc æquo & benevolo animo legas, si vacat, studia mea quantulacunq; foveas, & ut antehàc, ita posthac favere pergas, qui plurimùm & salvere & valere Te jubet

Jac. Bartschio Authori.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

Ad Benivolum, Candidumq; LECTOREM.

Ausas hujus meæ & scriptionis, & inscriptionis sufficienter expositas arbitror: nunc etiam eâ, quâ fieri poterit perspicuitate ac brevitate, monendus est artis hujus studiosus Lector, quò non tantùm novæ hujus dispositionis ordinem, sed & compendiosam utendi methodum rectiùs calleat.

Quod enim primò dispositionem motuum *spectat, hanc ita sequor, ut interim aliorum alias nec improbatas, nec turbatas velim. Intelligis ipse Lector benivole, propter geminatum Lunarem calculum, & propter exactiorem motuum in secundis determinationem, novâ tamen notationis formâ abbreviatam, vix eligi potuisse aliam, nisi vel folia duplicari contra commodum, vel quædam omitti contra usum necessarium voluissem.*

Ante igitur, quàm usum breviter subjungam, singularum columellarum sive cellarum, tàm sinistræ paginæ Luminaribus, quàm dextræ Planetis tributa, contenta ordine describam, ex quibus is rectiùs etiam atque facilius percipietur, præsertim si tituli ubiq; suprà, infrà vel juxtim positi, & singulari paginâ seorsim explicati adhibeantur in consilium.

In I. enim sinistræ paginæ cellâ Dierum Mensis *suprà scripti, prior numerus est dierum juxta Calendarium vetus, passim adhuc usitatum: posterior est juxta novum. Interpositum autem signum ☉ notat diem Solis seu Dominicam, septimanæ cujuslibet initium.*

In II. columellâ ☉ habetur locus *(sive potiùs transitus)* Solis *ad singulos Mensis dies in latere positos. Ubi primus numerus notat gradus, medius minuta prima, tertius secunda, eaq; singula sumenda, prout ponuntur. Signum extat suprà vel infrà: in medio, ubi ex uno in alterum signum transit, ipsum ponitur omisso gradu, qui plerunq; est 0, ut ex sequentis diei cum præcedenti collatione per se patet.*

In III. Aspectuum cellâ *habentur tàm Configurationes Solis cum 5. Planetis reliquis: quàm Conjunctiones seu congressus Lunæ cum iisdem, juxta duplicem Tych & Kepl. calculum, quod notatur primis literis T & K. In Aspectibus Solaribus præter veteres, adhibiti etiam novi plerique: Cum Mercurio quidem, Vigintilis & Quindecilis: Cum Venere autem præter 2. istos, Semisextus, Decilis & Semiquadratus: Cum Saturno deniq;, Jove ac Marte tantùm Vigintilis, Semisextus, Semiquadratus, Quintilis & Biquintilis, quorum singulorum characteres hic adhibiti & descriptio pag. seq. exhibentur.*

Numeri Aspectibus *adscripti notant* horas & minuta *(Argentinensium Meridiano, ut infrà subnotatum, respondentia) vel post meridiem istius diei, cui assriptus aspectus, si P. aut nihil etiam additum, vel ante meridiem ejusdem diei, si A vel AM adscriptum.*

In hac columellâ etiam habetur tempus in horis & minutis diei sui, quo Luna *fit* apogæa *vel* perigæa.

In sequentibus 4. Columellis ☽ habetur motus Lunaris, *juxta duplicem diversarum hypothesium* Tych. & Kepl. *calculum, id quod etiam literis suis suprà scriptis notatur:* Longitudo *quidem in 2. prioribus,* latitudo *verò in 2 posterioribus.*

In IV. enim columellâ, priore longitudinis ☽ Tychonicæ, *ponuntur primò signa Lunæ, deinde gradus, post minuta prima, tandem secunda, non quidem singula sumenda, vel tot tantùm, quot unitates appositæ: sed toties sex sive seni semper, juxta modum in Characterum explicatione traditum.*

In V. verò, priore longitudinis ☽ Keplerianæ, *exprimuntur Lunæ minuta itidem prima, & secunda senæ: omissis ob chartæ angustiam signis & gradibus: quippe cum Tychonicis ferè semper conveniunt, & ex laterali aspectu facile patent.*

In VI. cel-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

In VI. cellâ, posteriore Tychonicâ, latitudinis Lunæ *juxta Tych. ponitur plaga sive distantia versus alterutrum polum;* Septentrionalis *scilicet versus nostrum boreum,* Meridionalis *versus alterum:* Ascendens, *si scilicet hæc decrescit, illa crescit:* Descendens *contrà, quod primis ubiq; literis* S. M. A. D. *prænotatur. Post plagæ literas sunt gradus latitudinis, post minuta, tandem (ut aliàs semper) minuti decima, seu secunda sena.*

Ubi simul notandum, quòd quando A *vel* D *solùm ponitur,* Latitudo Lunæ maxima, *plagam priùs binâ literâ notatam sequens, circiter illum diem, ante vel post contingat: ficq; plagâ manente priore, incrementum latitudinis mutetur. Quando autem binæ literæ ponuntur,* Latitudo Lunæ nulla *est, sive Eclipticam transit Luna, circiter illum diem, ficq; plaga mutatur juxta literas adscriptas. Tempus etiam utriusq; speciale inferiùs adnotatum inveniet Astrophilus.*

In VII. & posteriore Keplerianâ, latitudinis Lunæ *juxta Kepl expressè ponuntur itidem minuta tantùm, prima scilicet ac secunda sena, omissis plagâ & gradibus, tanquam ex Tychonico calculo mutuandis. Ut enim hoc clariùs explicem, in utroq; calculo Lunari, gradus tàm longitudinis cum signo, quàm latitudinis cum plagâ, ferè semper conveniunt. Rarissimus enim est casus, ut Luna alterutrius calculi sit in fine præcedentis signi aut plagæ, alterius verò in sequentis initio: qui tamen, si alicubi occurrerit, facilè ex differentiarum inspectione dignoscetur. Sapiùs in gradu & minutis aliqua contingit differentia, quæ ut in longitudine 12. in latitudine 4. minuta nunquam attingit, ita ad duos duntaxat casus reducitur: de quorum usu recto sub finem cautiones totidem facilimè notandæ.*

Infra Lunæ motum habetur ejus Latitudo maxima, *seu limes boreus austrinúsve, alterutrum polum versus, & simul tempus in horis atq; minutis, quando Luna terminum istum modò minùs, modò magis ab Ecliptica distantem ad dies suos appositos attingit. Eam omninò sine erroris metu negligi non posse facilè credet, qui ad intermedium aliquod diei tempus, circa limites constitutæ Lunæ latitudinem in minutis exactam colligere hinc voluerit. Sine hoc enim maximæ latitudinis termino limitéve cognito, minutorũ aliquot error vix, aut certè casu evitabitur.*

In VIII. Phasium ☽ columellâ *continentur Aspectus Lunares cum Sole, ubi præter veteres etiam novum Semisextum & Quadrosextum (qui etiam Quiacunx dicitur) positi, ut ita singulorum signorum distantiis unus competeret.* Tempus *autem* configurationum *istarum Solis-Lunarium juxta calculum duplicem, duplici itidem labore supputatum apponere non tæduit, ut ita etiam Tychonici & Kepleriani calculi differentia, quantam in tempus phænomenon Lunarium importet differentiam, prasciri queat.*

Denig; in ultimis tribus sinistræ paginæ columellis habetur motus Nodi Lunaris ascendentis, *sive (ut vulgò vocant)* capitis draconis: *& quidem in 2. prioribus (antepenultimâ & penultimâ paginâ)* verus Nodi locus, *tanquam è terrâ visus aut videndus, juxta duplicem Tych. & Kepl. prosthaphæresin, in tertiâ verò & ultimâ* Æquabilis, *tribus ferè minutis semper retrocedens æquabiliter.* Hic *sanè cum aliorum Ephemeridibus conveniens, propter Astrologicos potissimùm usus, & ultimo loco, & clariùs in grad. minut. & secundis senis positus:* Ille *verò duplex Astronomis tantùm quasi superponii loco datus, & propterea contractiùs signatus. Gradus enim cum signo suprà ponuntur, in cellulis minuta prima & horum decimæ, nisi quòd intermediis locis, quando gradus mutantur, prior numerus gradum, posterior minuta prima notat.*

Infra Nodum Lunæ habetur etiam ejus Latitudo nulla, *seu transitus per Eclipticam, & simul etiam tempus in diebus, horis & minutis, quando Luna vel Capiti, vel caudæ draconis juncta, centro suo Eclipticam occupat, ficq; ex unâ plagâ in alteram transit. Eam quidem minùs necessariam, aut facilè colligendam scio: juxta latitudinem tamen maximam apponere eam, spatium ibi vacuum jussit.*

Porrò in primâ dextræ paginæ cellulâ iterum ponuntur mensis dies, *juxta stylum Lilianum novum, cum Dominica signo* ☉.

In ultimâ verò, Planetarum *præcipuè* Aspectus & Configurationes *inter se, ad horas & minuta dierum, quibus adscripti, ponuntur, non tantùm veteres, sed etiam resentiores. Ubi A itidem notat* Ante, P. Post meridiem, *vel etiam, ubi nec A nec P expressè ponitur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

In hac eadem cellâ suis locis exprimitur, tùm *quando quilibet Planeta vel* Orientalis *vel* Occidentalis *post ejus cum Sole vel conjunctionem, vel oppositionem; quando* Directus *aut* Retrogradus; *quando in motu velocissimus aut tardissimus; sive* Stationarius: tùm *denique, quibus diebus, horis ac minutis Sol singula Zodiaci signa non-stellata ingrediatur.*

In reliquis 10. intermedijs cellis, Planetarum 5. motus *habentur: priori quidem loco semper* longitudo, *in gradibus, minutis & secundis senis, signo suprà vel infrà posito: (exceptis Venere & Mercurio, in quibus velocissimis unum etiam in medio intercipitur) posteriori autem loco semper* latitudo *in gradibus suprà & infrà, minutis in cellâ ipsâ positis: (exceptis itidem Venere & Mercurio, in quarum latitudine etiam gradus in ipsis cellis exprimuntur.*

Ubi notandum, *quòd ubi motus Planetæ parùm crescit aut decrescit, Gradus non semper repetiti, intelligantur isti, qui inter omnes bis ponuntur, ad initium scilicet finemq;.* Deinde *in Planetarum titulis suprà & infrà* D. *notat Planetam* Directum, *qui secundum signorum seriem movetur:* R. *Ret.* Retrogradum, *qui contra signorum successionem:* St. Stationarium, *qui videtur subsistere eodem cœli loco:* Or. Orientalem, *qui Solem præcedit:* Occ. *qui eum sequitur,* Occidentalem: *S.* Septentrionalem latitudinem, *M.* Meridionalem, *A.* Ascendentem, *D.* Descendentem, *ut aliàs etiam notatum.*

Et tantùm de dispositione, singulisque cellis.

Sequitur Usus *paucis declarandus. Ut autem in genere omnis, ita & hujus* Ephemeridis *usus est iste:* Planetarum *scilicet singulorum, præcipuè Luminarium Solis & Lunæ, deinde quinq; reliquorum, Saturni, Jovis, Martis, Veneris & Mercurii,* motum proprium, in longum & latum *Ecliptica,* ad dies anni singulos, *in certis Zodiaci aut Ecliptica partibus, puta signis gradibus & minutis* describere *ita, ut non tantùm vera eorum loca ad quodvis tempus supputari & sciri, sed ad tempestatum quoq; aliorumq; effectuum judicia, configurationes, aliaq; affectiones prægnosci & prædici queant. Ad quod sanè perficiendum, si non Logistica Astronomica, aut novæ Logarithmicæ, saltem vulgaris Arithmetica exacta, & Astronomicarum hypothesium cognitio præsupponitur: quæ fusiùs jam declarare, nec loci nec propositi hujus esse patet.*

Quapropter, ut paucis rem expediam, motus cœlestes ex hac Ephemeride aut quæruntur crassè, *puta in signo & gradibus tantùm: aut supputari debent vel* exactè, *vel* exactissimè, *puta in minutis etiam.*

Si minùs exactè gradus *tantùm petuntur, tunc sufficit singulorum Planetarum loca desumere, prout ad propositi temporis meridiem, sed proximiorem in Ephemeride ponuntur.* Annus *enim, qui hic semper est 1929. & mensis suprà in fronte utrobiq; patet:* mensis dies *in latere sinistro descendunt, quibus è regione in areâ motus & loca* singulorum Planetarum *secundum long. & lat. respondentes adscribuntur ordine, modoq; in præcedentibus cellis singulatim declarato. Ubi tamen* notandum, *quòd ultimus secundorum numerus semper hoc in casu, medius autem tunc rejici possit, cùm pauciora quàm 30. continet: Si enim plura, quàm 30. (dimidium scilicet gradum excedentia minuta) fuerint, unus gradus appositis erit addendus: sicq; signum & gradum, quem Planeta quilibet quolibet tempore occupat, crasso, facili tamen modo inveniet minùs etiam exercitatus.*

Si verò exactiùs *agendo etiam* minuta *desiderantur prima, exactiùs etiam procedendum, quod breviter sic jubeo.* Primò *singulorum ordine Planetarum* motus diurnus *inquiratur, qui est differentia motus Planetæ ab uno meridie, scilicet tempus datum præcedente, in alterum, scil. sequentem, & producitur, si minor à majore subtrahitur.* Deinde *pro singulis etiam ordine Planetis, juxta Regulam de Tri, Proportionum dictam, sic procedatur, ut tempus tuum post meridiem datum, aut Astronomicum factum (scilicet ex antemeridiano, à diebus subtracto uno, & ad horas additis 12.) per motum diurnum anteà inventum multiplicetur; factum verò per 24. horas aut 1440. min. (quæ diem naturalem constituunt) dividatur: Quotus erit* pars proportionalis, *competens tempori tuo dato.* Tandem *hæc præcedentis diei motui addatur, in Sole & Lunâ semper; in reliquis Planetis addatur etiam, si Directi fuerint; subtrahatur, si Retrogradi: & emergit* verus Planetæ locus *in gradibus & minutis, licet non exactissimè. Compendiolum quoddam præceptis suis explicatum hanc ad rem inveniet Lector,*

in Usu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

in Usu Planisphærii mei Stellati sive Vice-Globi cœlestis ante quadriennium Argentinæ editi. Ubi tamen & hoc propter secunda ultimo semper numero notata monendum, *si nimirum non adeò exactè minuta quærantur, sine damno aut errore secunda 1. 2. 3. 4. vel etiam 5. sena, tanquam dimidio minuto pauciora rejici: reliqua verò 6. 7. 8. 9. tanquam dimidio plura, ita retineri posse, ut prior numerus minutorum uno augeatur: id quod aliàs à me sic fieri debuisset, si alierum exemplo secunda prorsus omittere voluissem.*

Circa Lunam insuper notanda hæc cautio, *quòd juxta Tychonicum quidem calculum, in propriâ cellâ expressè ponatur, tam longitudinis signum, quàm latitudinis plaga, utriusq; gradibus, minutis, primis, & secundis senis semper additis: juxta Keplerianum verò propter chartæ angustiam singula expressè non repetuntur, sed tantùm minuta & horum decimæ, signo & gradibus à Tych. mutuandis; siquidem plerunq; conveniunt: exceptis duobus casibus, quibus totidem cautiones occurrunt & medentur.*

Vel enim 1. locus Kepleri *ex adjunctis diebus colligitur* minor, *& ad propositum diem pluribus quàm 49. minutis constat: (quotquot secunda fuerint) Tych. contrà pauciora habet quàm 11. min. & tunc à Tychonis gradibus 1. subtrahendus pro Kepl. Hujus* exemplum *est 5. & 6. Februar. ubi Luna Kepl. est hîc quidem in 26 gr. 54. mi. illic in 11 gr 50. mi. Cancri. Sic 4. Martii Luna est in 6. gr 53. min. Cancri: 6. Mart. in 5 gr. 50 min. Leonis, &c.*

Vel 2. locus Kepl. *ex proximis diebus colligitur* major, *& ad datum diem pauciora quàm 11 habet minuta (quotquot iterum secunda fuerint) Tych. contrà pluribus quàm 49. min. constat: & tunc Tych gradibus 1. addendus pro Kepl Hujus* exemplum *est 10. & 12. Januar. Illic enim Luna Kepl. in 4 gr. 4. m. Leonis hîc in 4. gr. 1. mi. Virg. Sic 26. Febr. Luna Kepl. est in 16 gr. 15. m. 27. seq. in 29 gr. 5. m. Arietis, &c. Rationem utriusq; facile percipiet, qui Lunam in uno, præcedentis gradus minoris finem (post 49. min.) in altero, sequentis gradus initium (ante 11. minut.) semper occupare expendet.*

Eadem omninò est ratio in latitudine, *nisi quòd differentia minor ravò 3. minuta excedat: ideoq; rarius similis casus occurrat. Occurrens autem facilimè ex modò dictis dijudicatur, si modò res ipsa, casusq; ratio semel intelligatur. E. g. Luna quoad latitud. Kepl. est in 0. gr. 59. 8. die 21. Januar. Contrà 28. ejusd. est in 5. gr. 0. min. 5. sec. senis seu 30. singulis, &c.*

Tandem si exactissimè Planetarum loca, *ad propositum aliquod temporis civilis momentum inquirenda, exactissimè etiam singula peragenda, juxta rei calculiq; exigentiam: quem in finem aliqua,* partim *de motibus ipsis excerpendis & supputandis,* partim *de tempore apparente seu civili per Æquationem & Reductionem præparando,* partim *denique de Aspectibus, horumq; tempore Lectorem scrupulosum monere opus est.*

Primò motus *quod attinet, exactiore novâ secundorum senorum notatione expressos, sciant Logisticæ assueti, consultius esse, ut antequam compendiis inhient quærendis, numerum secundorum fractionis indicem, ad integrum reducant, quod facilimè fiet eum per 6 multiplicando, & postmodùm in motus diurni & partis proportionalis inquisitione, vel secundùm Proportionum Regulam, ope etiam Canonis Sexagenarii, vel per Tabulam motus diurni proportionalem passim obviam, vel per novam Logarithmicam Logisticam operentur, prout opus esse nôrunt. Unde ex parte proportionali additâ vel subtractâ exactiore, exactissimum sanè habebunt Planetæ motum, quantum Ephemeris vel Tabulæ permittunt, ad tempus scilicet datum, priùs tamen Æquatum & Reductum, ex seqq.*

Exempla hic coacervare, aut præcepta dilatare supersedeo: siquidem qui voluerit, clariùs fusiusq; ea juxta novam Logisticam Logarithmicam Heptacosiadis ope ex Tab. Rudolph. Cap. V. præceptis, juxta veterem verò addiscet ex aliis, præcipuè ex Cl. Origani Ephemer. Introductione aut Thematographiâ, vel etiam ex suprà dicto Planisphærii mei stellati Usu. Compendiola *hîc non deficientia, inexercitati ex difficili eorum descriptione vix, exercitati verò ex unâ atq; alterâ operatione ipsi addiscent.*

Quod secundò Temporis præparationem *spectat,* Civile illud seu Apparens *(prout nempe datur aut proponitur) sive pomeridianum, sive ex antemeridiano Astronomicum factum,* Æquandum est, & Reducendum *ad tuum Meridianum, si ab Uraniburgico, Tabularum & hujus Ephemeridis proprio, differt. Rationes utriusq; nôrunt Astrophili, aut fusè expositas dictis locis apud Origanum & Keplerum legere possunt. Quapropter*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.6.274

propter modum ego tantùm pro hac Ephemeride dictam, tempus æquandi & reducendi, quod ultimarum duarum Tabularum beneficio peragitur.

In harum enim priore, Æquationis temporis sive dierum dictâ, continetur Æquatio triplex: 1. Tychonis empirica & universalis. 2. Astronomorum Demonstrativa, & 3. Keplerî Physica, denotans tempus pro æquatione vel subtrahendum vel addendum tempori apparenti, juxta literas Ad. vel Su. adjunctas. Cum loco enim Solis vero in fronte quoad signum, & in latere quoad gradum posito, sit ingressus, & in areâ respondens signo & gradui excerpitur æquatio, ut dictum, triplex.

In posteriore, Catalogo locorum, dictâ ponuntur civitates præcipuæ præcipuarum Regionum, quæ præter latitudinem, ex Kepl. Catalogo desumtam (exceptis V I. patriæ civitatibus, quarum latitudinem ex mappâ Lusatiæ nostræ, à Barthol. Sculteto Görl. Conf. editâ, Dresdensis respectu depromsi) continent Meridiani sui differentiam in tempus conversam, respectu tàm Argentinensis, quoad Aspectus (in cellâ, cui Ar. appositum) quàm Uraniburgici quoad motus (in cellâ, cui Ur. suprapositum) vel add. vel subtrahendam, prout tituli A vel S voluerint.

Æquatio igitur ut perficiatur, Tabula Æquationis jam dicta consulatur, & tempus æquationis, loco vero Solis respondens, excerpatur vel una, quæcunque placuerit certior, vel omnes cum suis titulis exscribantur: & modo titulis contrario, (contrario inquam) tempori dato vel subtrahantur, si scil. Ad. vel addantur, si Su. adscriptum fuerit, & habetur tempus rectè æquatum, eo nempe modo, quem Æquatio signat.

